

Quo in Congressu Patres decreverunt, Summo Pontifice adprobante, faciliorem esse reddendam celebrationem sepulturae ecclesiasticae pro iis fidelibus catholicis quibus ad normam can. 1240 prohibita fuit.

Huic canoni quatenus opus est derogando, quam primum nova norma promulgabitur, qua non prohibebitur celebratio exsequiarum religiosarum iis fidelibus, qui, quamvis ante mortem manifesta in conditione peccati inveniantur, adhaesionem Ecclesiae servaverunt signumque quoddam poenitentiae dederunt, dummodo absit publicum scandalum aliorum fidelium.

Fidelium autem communitatisque ecclesiasticae scandalum eadem proportione attenuari vel vitari poterit, qua pastores modo convenienti exsequiarum christianarum sensum illustrabunt, quem per plures in recursu ad Dei misericordiam et in testimonio fidei communitatis in resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi deprehendunt.

Praesentibus litteris rogo Excellentiam Tuam, ut cum Ordinariis istius Conferentiae Episcopalis communicare faveas, quod brevi tempore publici iuris fiet textus novi decreti de sepultura ecclesiastica cum effectu immediato ab ipsa die eius notificationis.

Haec Tecum communicans omni qua par est reverentia permaneo

H. HAMER, *a Secr.*

Tibi addictissimus  
F. CARD. SEPER, *Praef.*

## **Edizione italiana del Lezionario feriale «per annum» II**

---

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO - PROT. N. 386/73

### **DIOECESIUM ITALIAE**

Instante Eminentissimo Domino Antonio Card. Poma, Archiepiscopo Bononiensi, Praeside Coetus Episcoporum Italiae, litteris die 14 februarii 1973 datis, vigore facultatum huic Sacrae Congregationi a Summo Pontifice PAULO VI tributarum, interpretationem italicam ordinis Lectionum Missae pro feriis, anni II, prout exstat in exemplari ad hanc Sacram Congregationem transmissio, per libenter probamus seu confirmamus.

In textu autem imprimendo mentio fiat de confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem insuper textus impressi due exemplaria transmittantur ad hanc Sacram Congregationem.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 17 februarii 1973.

VERGILIUS NOÈ, *Subsecretarius*

ARTURUS CARD. TABERA, *Praefectus*

CONFERENZA EPISCOPALE ITALIANA - PROT. N. 234/73.

Questo « Lezionario feriale per annum II », preparato sulla versione italiana della Sacra Bibbia curata dalla C.E.I., è stato approvato secondo le delibere dell'Episcopato e ha ricevuto la conferma da parte della Sacra Congregazione per il Culto divino, con Decreto 386/73 del 17 febbraio 1973.

La presente edizione dev'essere considerata « tipica » per la lingua italiana, ufficiale per l'uso liturgico.

L'uso di questo volume del « Lezionario » diventerà obbligatorio con l'inizio del prossimo anno.

Roma, 15 novembre 1973.

ANTONIO CARD. POMA

*Arcivescovo di Bologna - Presidente della C.E.I.*

*N.B. - Questo volume, contrariamente a quanto fatto per il Lezionario feriale I, non riporta le letture feriali per i « tempi forti » (Avvento, Natale, Quaresima, Pasqua) — che, come si sa, sono eguali nei due cicli —; pertanto bisognerà ricorrere o al volume del feriale I o al Lezionario dei « tempi forti », recentemente edito in volume a se stante.*

## **Appello per i Paesi colpiti dalla siccità**

---

I Vescovi italiani, riuniti a Roma nella loro X Assemblea plenaria, attenti al grido di dolore di cui si è reso interprete anche il Santo Padre a mezzo di « Cor Unum », hanno esaminato la tragica situazione in cui versano particolarmente molti paesi dell'Africa Occidentale a causa della siccità che perdura da oltre quattro anni e mette in pericolo la sopravvivenza di 30 milioni di persone, distrugge le risorse e